

2. *Ἀναγκίωσις*, cum post aliquod intervallum ad eandem rem redimus: ut, *Ignosce Caesar, si eius viri auctoritate rex Deiotarus cessit* (hic post longiorem ἐπεμβολῶ inter positionem tandem utitur ἀναγκίωσις.) Ad eum igitur rex Deiotarus venit hoc misero fataliq; bello.)

3.

DEFINITIO

est copiosior rei descriptio: ut, *Gloria est illustris ac pervagata multorum ac magnorum vel in suos cives, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum, Cic. pro Marcel.*

(Differt à Definitione Dialectica, hac enim strictè & pressè rem ex causis essentialibus explicat: Rhetorica vero definitio uberius & ad commune iudicium popularemq; intelligentiam accommodatio. Cic. 2. in orat. rem ex aliis quibuscunque argumentis explanat. Atqui hæc hætenus quasi ἐν παρρησίᾳ dicta pro re nata sufficiant.)

Hætenus de Elocutione, sequitur



RHE-